



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

In loco Mich. 1. 8. duplex peccatum Græcorum interpretum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

pede fugientia sacra comitasse videntur, plane uti olivarum montem rex David discalceatus ascendit.

Mich. i. 8.

III. Si sequeremur Græcos interpretes aliud exemplum de nudis pedibus ob luctum publicum occurreret apud Micheam. Commemorat Propheta Dei iudicia quæ Samariæ imminebant, ac propterea se plangere, & ejulare, & ambulare vestibus laceris & nudum dixit. Sed hunc locum Græci reddiderunt: Ενεκεν τῆς κόψεται, καὶ Ἰερηνός, πορεύσεται ἀνυπόδητος καὶ γυμνός. Pro Ἰηρω, quod in Hebræo est, & spoliatum notat, habent Græci ἀνυπόδητος. Ad quæ verba Cyrillus Η' ἡ γυμνότης, καὶ ἀνυποδησία τὸ τῶν αἰχμησάτων χῆμα δεικνύει: Nuditas autem & discalceatio captivorum habitum designat. Sed duo in hoc loco Græci interpretes peccarunt. Nam & verba hæc referunt ad Samariam, quasi ea plangeret, & ejularet, & incederet nuda, cum tamen verba sint Prophetæ, qui hæc commemorat de se ipso: & Hebræam vocem Ἰηρω non recte vertunt ἀνυπόδητος, cum proprie notet spoliatum, ac de

de laceris & scissis vestibus videatur dici; nisi cui magis placeat ut Propheta dicatur incedere לְהוֹ hoc est *expers consilii*, præ animi nempe dolore. Sane hoc sensu apud Jobum ea vox usurpatur dum dicitur: *qui consultos incedere facit* Iob. 12. לְהוֹ , hoc est *absque mente*, ex-17. & 19. pertes consilii.

IV. Rectè tamen notavit Cyril-
lus, ἀνυποδησίαν τὸ τῶν αἰχμησάτων
ἡμίγε δεικνύειν *discalceationem capti-
vorum habitum ostendere*. Solitos
veteres non tantum vestibus verum
etiam calceis captivos spoliare jam
superius innuimus. Illustris est
locus qui in Annalibus legitur: 1. 1. c. 11.
Pekak, Remaliæ filius, Rex Sa-
mariaë, Judæorum centum & vi- 2. Paral.
ginti millia ceciderat uno die, & 28. 15.
ducenta millia abduxerat captivos
& spoliarat. Hos captivos non tan-
tum vestibus, verum etiam calceis
fuisse spoliatos ex eo videre est,
quod ubi monitu Prophetæ Oded
reducerentur, diserte narretur:
*Viri autem, quorum nomina sunt ex-
pressa, acceperunt captivos, atque
ex præda vestiverunt omnes nudos, &
calcearunt.* Æque insignis est apud
N. 5 Iesaiam